



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

261. An Princeps possit imponere gabellas super bona Clericorum, qui habitum assumpserunt Clericalen sine intentione Clericandi, sed tantum in fraudem collectarum? Ex part. 1. tr. 2. res. 44. aliàs ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

# De Immun. Eccles. Resol. CCLXI. &c. 231

*gabellas à Clericis non habentibus requisita Concilij  
Trid. sess. 23. c. 6. de quibus supra dictum est. Ex part. 1.  
tract. 2. Ref. 37. aliàs 36.*

**§. 1.** Etiam seclusa consuetudine in contrarium, de qua in superiori resolutione, affirmati-  
uam sententiam docent non ignobiles Authores, vt  
Homobon. de exam. Eccles. p. 1. tr. 7. c. 29. q. 120. Lay-  
man in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 6. n. 3. Suarez  
contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 27. n. 14. Azorius p. 3. lib.  
5. c. 19. q. 6. Filiucius tom. 1. tr. 16. c. 11. n. 298. Reginal-  
dus tom. 1. lib. 9. c. 25. n. 376. Coriolanus in Expos. Bull.  
Cæn. excomm. 18. fol. mibi 949. Alterius de censur. tom. 1.  
disp. 19. lib. 5. cap. 6. dub. 10. Barbosa in collect. tom. 1.  
lib. 3. tit. 49. cap. 7. num. 7. Cevallos tract. de cognit.  
per viam violentiæ, in procem. c. 7. n. 22. vbi sic asserit:  
[Clericus, si non obliuet requisita Concilij Triden-  
tini, non potest dici exemptus à tributis, nisi sit iurisdic-  
tioni Ecclesiæ subiectus; & sic, cum Clerici in  
minoribus non gaudeant priuilegio fori ex defectu  
dictarum conditionum; & consequenter non gaudent  
immunitate à tributis, & gabellis.] Ita ille. Et secun-  
dum hanc opinionem, vt Clericus sit exemptus à  
gabellis, debet incedere, non solum in habitu, &  
tonsurâ, sed etiam deseruire alicui Ecclesiæ, de man-  
dato Episcopi: nam has conditiones requirit Conci-  
lium Tridentinum, vt supra satis explicatum est. Et  
ita etiam docet noster P. Molfel. in summa, tom. 1.  
tract. 6. c. 10. n. 65. & tom. 2. tr. 12. c. 22. n. 162. Hæc opi-  
nio est probabilis cum Graff. part. 1. lib. 2. c. 125. n. 21.

2. Sed non minus probabilem, contrariam esse  
sentio quam sæpius in præxi consului: nam dicti  
Clerici de iure communi sunt exempti à solutione  
gabellarum. Nec obstat ius nouum Concilij Triden-  
tini: nam loquitur tantum de priuilegio fori, & tan-  
tum restringit illis hoc priuilegium: immunitas verò  
à tributis non dependet à priuilegio fori, & potest  
habere rationem omnino diuersam, nam & laicis  
quibusdam sine priuilegio fori conceditur. Ergo, &c.  
Et ita hanc sententiam docet Lessius lib. 2. c. 33. dub.  
5. n. 38. Molina tom. 3. tract. 2. disp. 279. n. 5. Malderus  
in 2. tract. 5. c. 6. dub. 8. Garcias de beneficio, tom. 1.  
cap. 3. part. 2. num. 5. in fine. Et ita declarasse Sacram  
Cardinalium Congregationem, apparet apud Comi-  
tolum in respons. moral. lib. 6. quæst. 26. vbi habetur  
epistola tenoris sequentis, directa ad eundem Comi-  
tolum.

3. [Molto reuerendo Padre, sono stati altre volte  
considerati, & resoluti nella Congregatione del  
Concilio i dubij, che mi scriue la R. V. Quanto al  
primo, è stato deciso, che chi non hà beneficio, ò  
non camina con habito, e tonsura, senza altra mo-  
nitione, viene escluso del priuilegio del foro. Quan-  
to al secundo, la Congregatione hà sentito, ch'i  
Clerici, che mancando nelle cose contenute in el 6.  
sess. 23. non godono il priuilegio del foro, non per  
questo s'intendono priuati del priuilegio del can. si  
quis suadente Diabolo. Da questa ne segue la risoluo-  
ne al terzo quesito. Perche non togliendo il Conci-  
lio (notentur hæc verba) se non il priuilegio del fa-  
ro, tutti quell' altri priuilegij che competono à Chie-  
fici, rimangono nella dispositione della ragione  
commune. Con che imaginandomi, &c. Di Roma il  
di 21. di Agosto, 1581. Di V. R. como fratello amo-  
reuosissimo, Antonio Cardinale Caraffa.]

4. Ex his apparet, supradictos Clericos gaudere  
immunitate gabellarum, quia, vt diximus, & docuit  
Sacra Congregatio, hoc testante supradicto Cardina-  
li, Concilium tollit Clericis priuilegium fori; non  
autem alia priuilegia, quæ illis competunt de iure  
communi, & diligenter enumerat idem Comitulus

Tom. 1. A.

lib. 1. q. 54. n. 2. Et post hæc scripta inueni, hanc opi-  
nionem docere etiam Iuriconsultum Hispanum  
Torreblancam in defensione, lib. de Magia, c. 6. n. 96.  
vbi sic asserit: [El Clerigo de corona exemptus est ab  
exactionibus, & contributionibus, tam realibus, quam  
personalibus tributorum, petitorum, gabellarum, & mu-  
nerum temporalium. Porque cerca desto el Concilio  
Tridentino, nõ tratò nada, y assi, lo dexò à la dispo-  
sicion del derecho comun, en que estan dado, que  
goze de todos los priuilegios de los Clerigos, y assi  
lo resolue nouissimamente la Congregation de los  
Señores Cardenales depurados por la Sede apostoli-  
ca para la interpretacion del Concilio in dicta sess. 23.  
c. 6.] Ita Torreblanca, vnde de hoc non est ampliùs  
dubitandum à scrupulosis.

## RESOL. CCLXI.

*An princeps possit imponere gabellas super bona Cleri-  
corum, qui habitum Clericalem assumpserunt, sine  
intentione Clericandi, sed tantum in fraudem colle-  
ctarum: Ex part. 1. tract. 2. Ref. 44. aliàs 43.*

**§. 1.** Videtur respondendum affirmatiuè, & dictos  
Principes, ita facientes, non incurrere in  
excommunicationem Bullæ Cænæ, putauit Corio-  
lanus in expos. dicta Bullæ, excomm. 18. fol. mibi 950.  
& Prosper de Augustino in addit. ad summam Qua-  
ranta, verb. veltigal. ex autoritate legis, qui sub præ-  
textu, C. de sacrosanct. Eccles.

2. Sed meritò noster P. Duardus in Bulla Cæn.  
lib. 2. can. 18. q. 7. n. 2. contrarium docet; nempe;  
Clericos incedentes cum habitu, & tonsura, & diui-  
nis deseruientes, etiam si habitum ipsum assumpse-  
rint in fraudem gabellarum, gaudere dicta exemptio-  
ne. Et ratio est: quia supradicti Clerici, etiam si non  
habeant animum permanendi in clericatu, hic, &  
nunc verè Clerici sunt: ergo gaudent exemptione  
gabellarum; & idèd illas ab illis exigentes in excom-  
municationem Bullæ Cænæ incurrerent, Quæ ita  
vera esse existimo, vt putem contra Duard. n. 5. eos  
etiam si Ecclesiæ alicui non deseruirent; adhuc gau-  
dere gabellarum exemptione: nam, vt supra proba-  
tum est; vt Clerici sint immunes à soluendis gabel-  
lis, non est necessarium, vt habeant conditiones re-  
quisitas à Concilio Tridentino: nam Concilium in  
illo loco loquitur tantum de priuilegio fori, & nihil  
tangit de aliis Clericorum priuilegiis. Ergo, &c.

Sup. in Ref.  
quæ hic est  
antecedens.

## RESOL. CCLXII.

*An Princeps possit imponere, & exigere gabellam ab  
Equitibus D. Iacobi, Alcantara, Calatrana, &c. &  
ad hoc Nouitiis?*

*Et ex doctrina huius questionis inseritur dictos Equi-  
tes esse vere Religiosos, & posse consistere cum Sacer-  
dote non approbato ab Ordinario, sicut possunt alij  
Regulares, quod est valde notandum. Ex part. 1. tract. 2.  
Ref. 50 aliàs 49.*

Sup. prima  
diffic. huius  
tituli sup. in  
Ref. 167. Sed  
hoc & in  
fine, Ref. 171.  
& in Ref.  
172. §. ult. &  
in tom. 7. tit. 1.  
in tom. 54. §. ult.  
Ref. 54. §. ult.

**§. 1.** Affirmatiuè responder Bobadilla in polit. 10. 1.  
lib. 2. c. 18. n. 264. nam putat, dictos Equites  
esse tantum immunes à gabellis, quoad bona cõmen-  
darum. Ita etiam sentiunt alij Iurisperiti, & Theologi,  
qui tenent, dictos Equites non esse verè Religiosos,  
vt præter Doctores, quos citat Sanchez, vbi infra do-  
cent Ioan. de la Cruz de stat. Relig. lib. 1. c. 2. dub. 3. con-  
clus. 2. Petrus de Ledefina in summa. tom. 2. ad l. 10.  
c. 8. dub. 2. conclus. 2. Emmanuel Sà verb. Religio. n. 41.

Sup. hoc in-  
tom. 7. tit. 3.  
Ref. 54. §. ult.  
& ibi in tr. 1.  
Ref. 99. §. 2.  
& in aliis  
eius not. &  
cursum.

V z Burgos